



Universitätsbibliothek Paderborn

Cvrsvs Theologici ...

Ea Brevitate Conscriptus, Qvam Tot Tantarvmqve Rervm Amplitudo Et
Varietas Patitvr ...

Quas Secunda Secundæ Et Tertia Pars Divi Thomæ Complectitvr -
Qvæstiones Insper Ad Mores, & praxim spectantes, maximè circa
Sacramenta, accuratè declarantur

Carleton, Thomas Compton

Leodii, 1664

Sect. II. Quid sit objectum attributionis Fidei divinæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13826

4 Disp. II. De objecto materiali Fidei.

Sect. II.

Tom. II. *Trinus, & Vnus*, sicutque objecta illa creata non minus directe spectant ad objectum adiquatum materiale fidei, quam increata, aequaliter sub eo continentur.

VII. *Diverso modo continetur creatura sub objecto Fidei, & Charitatis.* Objicies secundò: Deus & creatura non aquè comprehenduntur sub objecto charitatis, ergo nec sub objecto fidei. Negatur tamen consequentia, in creaturā enim non est bonitas divina, sed quædam tantum illius creata participatio, at verò divina auctoritas in dicendo, seu increas ejus veracitas aquè informat extrinsecè res creatas, ac Deum ipsum, & aequaliter iis applicatur, cùm aequaliter illas revelet nobis Deus, ac scipsum, aquè enim revelat Deus Aevam comedisse pomum vetitum, ac se esse immensum.

SECTIO SECUNDA.

Quid sit objectum attributionis Fidei divine.

I.
Objectum attributionis à non nullis vocatur subiectum.

OBJECTUM attributionis, ut supra diximus, est id de quo in aliquâ scientiâ parte agitur, & ad quod catena omnia, quæ in scientiâ illâ tractantur, tanquam ad finem referuntur. Hinc multi cum Durando objectum attributionis vocant subjectum: objectum quippe à subiecto in hoc distinguunt, quod quicquid in scientiâ aliquâ cognoscitur, vocetur objectum: subiectum vero autem esse rem illam de quâ, & in ordine ad quam catena in illâ scientiâ cognoscuntur. Sic subiectum Physicæ est corpus naturale, objectum vero sunt quantitas, motus, ubicatio, & reliqua ejus proprietates, ad perfectam corporis naturalis cognitionem spectantes.

II.
Diversa de subiecto attributionis Fidei sensu.

Variae ergo hac in re sunt Theologorum sententiae: aliqui actum meritorium, aut visionem beatam esse volunt objectum attributionis fidei, quod nimis fides ad hæc ordinatur. Sed contra; multa enim sunt objecta fidei divinâ credita, quæ ad ista propriè non referuntur. Sic Abafalonem capillis ex arbore pendulum in aere hæsisse, Amasan à Job occisum esse, & id genus alia, quid ad hæc obtainenda, directe saltem, conducunt. Quod si quis dicat, vel hæc objecta credere esse bonum, sicutque utile ad divinam fruptionem obtainendam, idem dici posset de quacumque aliâ virtute, cùm omnes actus virtutum supernaturalium sint vita æterna meritorii.

III.
Volunt aliqui Christum esse objectum attributionis Fidei.

Dicunt alii objectum attributionis Fidei esse Christum, tum quia ad cognoscendum Verbum incarnatum Fides nostra primariò ordinatur, tum quia in Christo principia Fidei nostra mystri continentur. Sed contra; vel enim auctores isti de Christo loquuntur ut Deo, vel ut homine. Si primum, paulò post videbimus quid hac de re sit dicendum; si secundum, quamvis Christi humanitas sit objectum præstantissimum, in cognitione tamen subordinatur Deo, sicutque esse nequit objectum attributionis Fidei.

IV.
Deus est objectum principale Fidei.

Prima Conclusio: Deus est objectum principale Fidei. Hac de re nulla potest esse difficultas; objectum siquidem principale alicujus artis, vel scientiâ, ut in Logicâ dixi Disp. 7. Sect. prima, est principium quod in arte illâ, vel scientiâ tractatur, etiam si alia omnia, quæ in illâ scientiâ tractantur, ad illud non referantur: in quo differt ab objecto vel subiecto attributionis, ad quod requiritur, & sufficit, ut de illo isthic aga-

tur, & ut omnia, de quibus in illâ scientiâ agitur,

ad illud ordinentur, sive objectum illud sit entiativè præcipuum ex iis, quæ in scientiâ illâ tractantur, sive non. Sic quamvis in libris de cœlo agatur de Intelligentiis, sp̄ararum cœlestium motricibus, & consequenter hæ sint objectum principale illorum librorum, cœlum tamen ipsum est objectum corum attributionis, utpote ad cuius cognitionem omnia, quæ in his libris tractantur, etiam ipsa intelligentia, referuntur. Hinc ergo clare constat, Deum absque omni dubio esse objectum principale Fidei, cùm & de eo in hoc tractatu agatur, & objecta omnia, de quibus h̄c disputatione, infinitis gradibus excedat. Plura hac de re dicta sunt i. p. d. 1. f. 5. dum de objecto Theologiae.

Secunda Conclusio: Deus non principale tamum, sed attributionis etiam est Fidei objectum: ita S. Thomas 1. p. q. 1. a. 7. Suarez hic, Disp. 2. Sect. 1. & 2. Valentia hic, punc. 1. §. 3. Tannerus 10. 3. d. 1. q. 1. dub. 2 num. 19. Granado hic Controv. 1. tract. 1. disp. 6. num. 11. Conink Disp. 9. dub. 1. Molina, Vasquez, & alii contra Arriagam hic, d. 1. Sect. 2. 11. 8. dicentes Fidem, nec Deum, nec ullum aliud habere objectum attributionis.

Nostra tamen conclusio probatur; subiectum namque attributionis, ut diximus, est illud, circa quod ars aliqua, vel scientia præcipue versatur, & ad cuius perfectiorem cognitionem catena, de quibus in scientiâ illâ agitur, referuntur, sed horum utrumque competit Deo, cùm & præcipui Fidei actus circa Deum ejusque attributa versentur, credimus siquidem Deum esse, juxta illud Apostoli ad Hebreos 11. supracitatum: *Acta Præcipuum credentem ad Deum oportet credere quia est, &c. & Fidei actus eis Deum versantur.* Joan. 17. v. 3. *Hec est vita eterna, ut cognoscant te solum Deum verum.* Credimus etiam cum esse Infinitum, Aeternum, Immensum, Creatorem cœli & terræ, &c. & hæc omnia de illo tanquam de subiecto prædicamus: quæ clare ostendunt primarios quoque Fidei actus circa Deum versari.

SECTIO TERTIA.

Objectiones contendentes Deum non esse objectum attributionis Fidei.

OBJICES primò: licet plurimi, iisque pri- marii actus Fidei in Deum ferantur imme- diatè, multi tamen Deum omnino non habent pro objecto, sed res tantummodo creatas; hi ergo actus, Deum pro subiecto attributionis ha- bere non possunt, nec ad eum hoc titulo referri. Respondeatur, ad hoc ut facultas aliqua rem quampiam habeat pro subiecto attributionis, non esse necessarium ut singuli actus in illud immedia- tè ferantur, si enim nulla ars, vel scientia habe- ret objectum attributionis, cùm nulla omnino sit, cuius omnes actus in objectum illud ferantur imme- diatè. Ad objectum ergo attributionis, ut in Logicâ, disp. 7. Sect. 1. dixi, sufficit ut ob- jecta omnia, quæ in illâ scientiâ cognoscuntur, ad illud in esse scibilis ordinentur, hoc est, ut illorum cognitiones ad perfectiorem hujus cog- nitionem deserviant, & illis cognitis, objecti attributionis proprietates & perfectiones clari- us innescant.

I.
Dicas: multus in actus in Deum omnino non ferantur.

Ad objectum attributionis non re- quiritur ut omnes actus in illud ferantur imme- diatè.

Eodem